



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum procedat ordine resolutorio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS V.

Vtrum consilium procedat ordine resolutorio.

¶ Super quest. decima quarta articulum quintum.

In quinto autem articulo dubium est, quia a litera contradicere sibiipsum videtur. At enim & q processus a causis ad effectus est compositius, & quod processus consilii est a fine ad id, quod est ad finem: & tamen concludit, quod processus consilii non est compositius, sed resolutius, ac si finis non esset causa: & id quod est ad finem, non esset effectus, sed e converso.

¶ Ad hoc dicitur, quod cum inter finem ac quod sibi, & id quod est ad finem, sit duplex simplex habitudo, & una modificetur in altera, potest tripliciter procedi ratiocinando a fine, ad ea que sunt ad finem. Primo secundum simplicem habitudinem cause finalis ad suum effectum, ut sic. Et hic est processus a fine, ut sic, ad id quod est ad finem, ut sic.

Ca. 2. paulo post principium, co. 5.

Cap. 3. post med. to. 5.

Et hic est compositius: & suus oppositus est resolutius, sicut uniuersaliter verificatur de processu a causa ad effectum, & e converso. Secundo, secundum simplicem habitudinem effectus efficiendi ad causam, a qua effici debet. Et hic est processus ab effectu ad causam, & est resolutius, & suus oppositus est compositius, quia a causa ad effectum, neuter autem horum est processus consilii. Non primus, quia consilium est de efficiendis a nobis, ut patet in articulo 3. & 4. In processu autem primo, nihil dicitur de agendo, sed tantum de fine, & ad finem, ut sic. Nec secundus, quia consilium est de his que sunt ad finem, ut patet in articulo 2. Et ideo hoc in responsione ad tertium huius quinti articuli poterat author ut agenda nobis, non cadere sub consilio uoluit, an sint possibilia, nisi ut congrua & pracongrua fini. In secundo autem processu nihil dicitur de fine, & ad finem, ut sic.

AD QUINTVM sic procedit. Videtur, quod consilium non procedat modo resolutorio. Consilium. n. est de his que a nobis aguntur: sed operationes nostrae non procedunt modo resolutorio, sed magis modo compositiuo. scilicet de simplicibus ad composita: ergo compositi consilium non semper procedit modo resolutorio.

¶ 2 Præ. Consilium est inquisitio rationis: sed ratio a prioribus incipit, & ad posteriora deuenit, sicut conuenienter ordinem. cum igitur præterita sint priora presentibus, & presentia priora futuris, in consiliando uidetur esse procedendum a presentibus, & præteritis in futura, quod non pertinet ad ordinem resolutorium: ergo in consilio non seruetur ordo resolutorius.

¶ 3 Præ. Consilium non est nisi de his, que sunt nobis possibilia, ut dicitur in 3. * Ethic. sed an sit nobis aliquid possibile, perpenditur ex eo, quod possumus facere, uel non possumus facere, ut perueniamus in illud. ergo in inquisitione consilii a presentibus incipere oportet.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. * Ethic. quod ille, qui consiliatur, uidetur querere, & resolvere. **R**ESPON. Dicendum, quod in omni inquisitione oportet incipere ab aliquo principio: quod quidem, si sicut est prius in cognitione, ita etiam sit prius in esse, non est processus resolutorius, sed magis compositiuus. Procedere. n. a causis in effectus, est processus compositiuus, nam cause sunt simpliciores effectibus. Si autem id, quod est prius in cognitione, sit posteriorius in esse, est processus resolutorius, ut pote, cum de effectibus manifestis iudicamus, resolvendo in causas simplices. Principium autem in inquisitione consilii, est finis, qui quidem est prior in intentione, posterior tamen in esse & secundum hoc oportet, quod inquisitio consilii sit resolutiua, incipiendo. scilicet ab eo, quod in futuro intenditur, quousque perueniatur ad id, quod statim agendum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod consilium est de operationibus: sed ratio operationum accipitur ex fine: & ideo ordo ratiocinandi de operationibus, est contrarius ordini operandi.

AD SECVDVM dicendum, quod ratio incipit ab eo, quod est prius secundum rationem: non autem semper ab eo, quod est prius tempore.

AD TERTIVM dicendum, quod de eo quod est agendum propter finem, non quereremus scire, an sit possibile, si non esset congruum fini: & ideo prius oportet inquirere, an conueniat ad ducendum in finem, quam considerare, an sit possibile.

AD SECVDVM dicendum, quod ratio

incipit ab eo, quod est prius secundum rationem: non autem semper ab eo, quod est prius tempore.

AD TERTIVM dicendum, quod de eo quod est agendum propter finem, non quereremus scire, an sit possibile, si non esset congruum fini: & ideo prius oportet inquirere, an conueniat ad ducendum in finem, quam considerare, an sit possibile.

ARTICVLVS VI.

Vtrum consilium procedat in infinitum.

AD SEXTVM sic proceditur. Vtrum in inquisitione consilii procedat in infinitum. Consilium. n. inquisitio est de particularibus, in quibus est operatio: sed singularia sunt infinita. ergo inquisitio consilii est infinita.

¶ 2 Præ. Sub inquisitione consilii cadit considerare non solum quid agendum sit, sed etiam quomodo impedienda tollantur: sed quælibet humana actio potest impediri, & impedimentum tolli potest per aliquam rationem humanam. ergo in infinitum remanet querere de impedimentis tollendis.

¶ 3 Præ. Inquisitio scientie demonstratiue non procedit in infinitum, quia est deuenire in aliqua principia per se nota, que omnimodam certitudinem habent: sed talis certitudo non potest inueniri in singularibus contingetibus, que sunt variabilia, & incerta. ergo inquisitio consilii procedit in infinitum.

SED CONTRA. Nullus mouetur ad id, ad quod impossibile est quod perueniat, ut dicitur in primo * de celo: sed infinitum impossibile est transire. si igitur inquisitio consilii sit infinita, nullus consiliari inciperet: quod patet esse falsum.

RESPON. Dicendum, quod inquisitio consilii est infinita in actu ex duplici parte scilicet ex parte principij, & ex parte termini. Accipitur enim in inquisitione consilii duplex principium: Vnum proprium ex ipso genere operabilium: & hoc est finis, de quo non est consilium, sed supponitur in consilio ut principium, ut dictum est. Aliud quasi ex alio genere assumptum: sicut & in scientiis demonstratiuis una scientia supponit aliqua ab alia, de quibus non inquirat. Huiusmodi autem principia, que in inquisitione consilii supponuntur, sunt, quæcunque sunt per sensum accepta, utpote, quod hoc sit panis, uel ferrum: & quæcunque sunt per aliquam scientiam speculatiuam, uel practicam in uniuersali cognita, sicut quod mechanici est a Deo prohibitum, & quod homo non potest viuere, nisi si nutriatur nutrimento conuenienti: & de istis non inquirat consiliator. Terminum autem inquisitionis est id, quod statim est in potestate nostra,

sed tantum de agenda re, & causa illius. Tercio igitur, potest procedi secundum quod est ad finem, inuenitur in agendis, ita quod non procedatur nec a fine puro, nec ab agendo puro: sed a fine assequendo ad id, quod est agendum finem, & sic deinceps retrocedendo. Et hic processus est processus consilij, quod est de agendis, ut ad finem, & de his que sunt ad finem, ut agenda resolutorie. Et licet processus iste missus videatur, & non nisi secundum partes iudicandus compositiuus, & resolutiuus, dicitur tamen simpliciter resolutiuus: quoniam de fine, & eo quod est ad finem, ratiocinatur tantum in materia agenda, & propter agendum resolutorie, id est, a posterioribus secundum esse. Ita quod sicut Musica, licet consideret numerum, ut in sonis, & e converso sonos, ut proportiones secundum numerum, & propter hoc media ponitur scientia) quia tamen de numero non nisi in materia soni, & propter sonum tractat, simpliciter dici potest scientia physica, & sub ea comprehenditur, eo quod non abstrahit a materia sensibili. Ita in proposito, consilium, quia (ut dictum est) finem, & ad finem in materia agenda tantum, & propter agendum, & quo agendum, a posterioribus secundum esse in priore considerat, resolvere simpliciter dicitur.

¶ Super

Inf. q. 7. ad 1. di. 29. cor. 11. Cap. 11. Ex lib. 4. c. 10. rca. 11. Cap. 11. Art. 2. hinc quæst.